IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Seite 76v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Vt autem digne alios p̃dicem vias tuas Liberza me de
multis p̃ctis meis ut ab ipsis desinam quia tu solus potes
deus auctor salutis mee liberare et cum mundatus fuero
cum exultatione annunciabo iustitiam tuam / que semper
tue pietati coniungitur

Ne videar p̃sumptuosus in predicatione mea

Domine labia mea que ipsis p̃cta fuerant clausa aperies
dando gratiam et sapienciam loquendi / et os meum fiducia
annunciabit laudem tuam quia ut securus essem mundatus
fui quia creatus sum / laudem tuam quia peccatis derelictus
non sum

Os meum dico annunciabit laudem tuam Quomodo si
voluisses illud sacrificium / quod pro expiatione p̃ctis offebat
paratus eram dare sed non offero quia holocaustis que
sunt sacrificia digniora non delectaberis / non enim sunt tibi
accepta quia te in aduentu tuo qui es verum sacrificium
futurum pro p̃ctis totius g̃nis humani / deo p̃ri offerendum
et legalia respuentem pecudes

Non tam nos sine sacrificio relicti sumus / nam

Sacrificium deo acceptissimum et quo p̃cta soluuntur est
spiritus contribulatus / de omnibus p̃ctis simul tristatus cor
contritum et humiliatum vnde non sanguis egreditur / sed la
crimas fluenta decurrunt / deus non despicies

Benigne fac domine / vnde benignitate voluntatis
tue ecclesie sancte ut munimenta mortalitatis nre
que p primum hominem fuerunt destructa et que danda sunt
in futuro construantur modo in fide / spe / et caritate

Tunc enim cum muri ibidem edificati fuerint sic in
futuro tunc acceptum habebis sacrificium iustitie / passionem
filij tui gloriosam qui se sacrificium in aracrucis obtulit p
omnibus et fidelium oblationes et holocausta cordis contriti et hum
iliati et tunc in ecclia constructa mihi imponet sup altare fidei sup
quod e offerendum quod offerendum e vitulos / seipsos hostiam
viuentem sanctam et deo placentem